peremptorum ac quemlibet alium gradum iuris tum
et satisfactionum premissorum omnium. Nulla re exqui:
282 sita nec colore excogitato iudicialiter nec extraiudi:
adinvencionibus quibusvis et modis adinventis diffe:
rendo aut quovis modo cavendo. Omnibus iuris et
facti remediis quos mens et ratio humana excogitare et
adinvenire poterit se et successores uti abrenunctiando
Nihilque sibi penitus in auxilium sive illud sit iuri:
dicum sive extraiudiciale assumendo sub amissione sue
successorumque suorum totius causae. Vzt solucionis prefati
Vadii et Vadiorum. Quo vel quibus Vadiis solutis nihilominus
inscriptioni presenti et omnibus eius contentis tunc quae opus
fuerit satisfacere tenebitur suique successores erunt astri:
cti. Defectibus inscriptionis presentis ac processione quavis be:
neficii in premissis non obstante. Quod memoriali firma:
tum est.

Iaczimierski cum Grochowski cassat

Inscriptionem Compromissorialem
Comparentes personaliter Coram officio et Actis presentibus
Castrensibus Premisliensibus Generosi Andreas Iaczimierski
ab Una et Joannes Grochowski ab altera partibus sa:
ni mente et corpore existentes A iuribus Iurisdictionibus
districtibus et foro quibusvis sibi Competentibus recedendo
eisdemque hac in parte renunctiantes. Iuri vero et iurisdicti:
oni presenti Castrensi Premisliensi Cum bonis et successoribus
suis omnibus incorporantes publice palam recognoverunt
et quilibet eorum pro interesse suo recognovit. Quia in:
scriptionem Compromissorialem Coram officio et Actis
presentibus Castrensibus Premisliensibus per utrosque racione
conducentium Dominorum amicorum in fundum Villae Kuszna
pro tempore certo in eadem inscriptione expresso pro facienda
inter eos omnium quorumlibet iniuriarum et damnorum ab u:
trinque inimicis passis tum et querelis omnibus in eisdem bonis
consistentibus inimicis illatis concordia, factam in Actis

presentibus contentam in omni eiusdem inscriptionis tenore
punctis clausulis et articulis Racione satisfactionis cui:
libet sibi iuxta eandem inscriptionem Compromissorialem prestitae
cassant mortificant et annihilant temporibus perpetuis
et aeternis ab eademque inscriptione quilibet ex eis seorsum
iam exnunc recedunt perpetue et in eiusmodi litterae supra: 283
memoratus Joannes Grochowski de bonis prefatis Villae
Kuszna pro ipsius iure et modo arendae suisque tenutis
et possessionibus iam exnunc cedit et condescendit presenti
sua recognitione mediante.

Vinnicky quiett Kyselnicky

Ad Officium et Acta presentia Castrensia Premisliensia perso:
naliter Comparens Nobilis Iwan Schissowicz Vinnicki
mente et corpore sanus existens A iuris dictionibus quibusvis
competentibus recedendo Iuri vero et iurisdictioni presenti Castrensi se
successores suos incorporans publice palam recognovit Quia
nobilem Hawrilo Kyselnicki quietat et liberat Cum
illius successoribus perpetuis temporibus mittit de summa Vn:
decim florenorum pecuniae polonicalis debiti sibi per eundem actis presentibus
pro quovis tempore in debito certo inscripti Et hoc racione
suscepti satisfactionis sibi ab eodem realiter de premissis
prestitae Inscriptionem Castrensem Premisliensem prefatam sibi
servientem seque summam debiti prefati iam totaliter levati fa:
ctam in Omni eius tenore punctis et articulis perpetue
sibi et suis successoribus racione premissorum perpetuum impo:
nendo silentium. cassat et annihilat

eorundem debitum

Coram officio et Actis presentibus Castrensibus Premisliensibus
personaliter Comparens nobilis Hawrilo Kyselnicki
mente et corpore sanus existens A iuribus et iurisdictionibus
competentibus recedens Iurisdictioni presenti Castrensi Premisliensi
se successores ac bona sua Vniversa incorporans publice pa:
lam recognovit de omnibus et singulis bonis suis ubi:
uis habitis et habendis teneri et debitum esse summam
Quatuordecim florenorum pecuniae polonicalium Nobili Iwan
Schissowicz Vinnicki et eius successoribus seque vel successores